

& si ponas lunam p̄ leuamine in aere fiet luna. Sic ergo si ponas deterius corpus in bonum, non rediget bonum ad deterius: sed si ponas corpus melius cum deteriori pro leuamine, rediget ad suam naturam. Leuamē est omne quod redigit ad suam naturam per omnem modum. scias quod iij. alexir dimi ad album & vnum ad rubeum, et modò dicam.

*Prima Rubrica: Prima alexir ad album.*

Solue, aperi & claude: & claude & aperi: hoc est magisterium: solue & post indura: indura & post solue. Accipe de sale armoniaco medium pondus, & de azoc vnum pondus, de cera alba quartā ponderis: proijce vnam super viginti quinque stanni præparati, & inuenies album. Accipe cannam vnde fit zucharam, quod est iuxta mare, & pone pro leuamine, & fiet dulce per naturam zuccari.

*Secunda Rubrica, secunda alexir ad album.*

Accipe de azoc medium pondus, de vitriolo quintam ponderis, de testis ouorum absconditis quintam ponderis, de ferro præparato vigintiocto partes, de lachryma oculi præparata & curata, & non falsa pro leuamine, vnam partem mediæ partis de quinta.

Tertia